



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

15. Dies Octob. Magnum periculum est, ne cui licet facere quod vult, is
velit quod debet? Plutarchus de pr. indoc.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

Octob.
lo. Dic
oitu hab
e habere
Compe
um For
amittens
es: sed
essit ut
a, quae
perinde,
olle pro
ria? Cu
ius, sibi
n? Sem
felicite
sum, or
per exp
in certa
ecum tu
propr
eum, or
splendi
que domi
iegatum
, palam
tor, fu
t tot at
untatis
gitur ad
affluen
Volun
indē et
acti

Tessera. 819
ac si haberet omnia, juxta illud : (a) *Omnia habentes*
& nihil possidentes.

Cuncta ut possideas, fac nihil ut teneas.

15. DIES OCTOB.

Magnum periculum est , ne cui licet facere quod
vult, is velit quod non debet ? *Plutarchus depr.*
indoc.

Volunta- I.
tis pro-
priæ abne-
gatio.

Hæc tessera sit licet Ethnici , e-
rit tamen ad salutem Catho-
lici , rectè observatum , & ad
mores reductum . Ut sis tu
victor , & tuorum affectuum triumphator , non suf-
ficit renunties illicitæ voluptati , oportet & renun-
tiare illicitæ voluntati . Quis sitiens si habeat calicem
fictilem , & vacuum , non mallet habere aureum , &
plenum generoso Massico ? Quis morbidus , & in-
firmitate languidus , non mallet essa sanus , & ro-
bore validus ? Quis mente hebes , & obtuso inge-
nio bardus , nollet pollere intellectu Angelii , & inter
Angelos Cherubini ? O væcors , imò excors ! cur non
vis commutare tuam voluntatem insole brutam ,
votis caducam , ægritudine infirmam , desideriis in-
sanam , cum voluntate Dei , lætâ , fœlici , sacrosanctâ ?
Sivelles intelligere ut Angelus , quod non potes ,
cur non vis velle , ut Deus vult , quod potes ? Qui
semel à sulco deliravit , vel à recto tramite aber-
avit , quò magis incedit , hoc magis à meta viæ
recedit ; quò plus festinat , plus & creat ; quò pro-
perat celerius , eò à termino distat longius . Quan-
tò magis hoc , aut illud eligis , ut gaudeas , & quies-
cas , eò minus & gaudebis , & quietes ? cur ita ? Quia

(a) *Cor. 6.10.*

Fff 2

cc

820 *Christiani Militis* Octob.
eò plus obsecundas tuæ voluntati, quæ cùm sit op-
posita Voluntati Divinæ, fons est omnis tristitia.

I I. Si tua voluntas una sit cum voluntate Dei, tunc extra sensuum irritamenta, opiniones vulgi, minium Fortunæ, imò & finies Naturæ positus, ber eris, in sancti tuo gaudens, quia non amplius unum de te gaudens, securus tui possessor, quia voluntatis tui osor; Tunc tua Voluntas cum Volumen Dei confusa, nihil aliud vult, quam quod vult Deus. Id autem vult usque ad contemptum sui, & aliarum refutari, non tantum ex iudicio Rationis sed etiam ex affectu mentis; ut jam voltintas, plus quam voluntas sit, ut amor sit, ut charitas sit, & unitas spiritus, velle quod vult Deus, hoc est, similem Deo esse. Non posse velle, nisi quod Deus vult, hoc est iam esse quod Deus est, cui velle, & esse id ipsum est, cuius Voluntati necessariò libet nihil refragatur, omnia consentiunt. Adhuc igitur Deo, & vivat, & vivat ex æterna ejus legis decretis, qui veram vult consequi vitam, & libertatem, permitte te regi ab eo ad tuam salutem, qui te creavit ad suam imaginem. Qui navi vehitur, non vult regi navim suo arbitrio, sed permittit totum naucleri imperio. Quod si atrox insurgat tempesta, nunquam magis illius nutui obsecundat; non anderet nisi illo jubente, aut movere, aut moveri. An minus peritus est Deus regere mundum quam navae dirigere navim? Cur quod facis homini, ut te adducat ad portum, non facis Deo, ut te deducat in cœlum?

I II. Ut sis igitur penitus liber libertate filiorum Dei, rescinde omnem voluptatem, & Voluntatem, telec-

Octob.

Tessera.

821

rescinde te à te in omnibus : Cur vis jam pluribus
rescissis, manere in parvo ligatus, limitata libertate
spiritus? Non est liber canis, quod longam catenam
habeat, ut per intervallum ludat. Manebis etiam
vel filo ligatus, nisi cuncta reseces. Sed fortasse triste
autemas privari semper propriâ voluntate. Quo-
modò triste erit, voluntate propriâ privati, si ipsa
jucunda sit privatio? Natura facit, ut quod uni de-
sipit, alteri sapiat, quod unius est amarum, alterius sit suave.
Mulieres quæ uterum ferunt, impensè appetunt
carbones, lutum, calcem, gypsum: contra fastidiunt
edulia exquisitè condita, selectissima bellaria. Annè
habetior erit Gratia, quam Natura? Itaque qui Vo-
luntatem abdicat, iste totum Deo dedicat. Ethoc
paeto habet id quod vult, & caret eo, quod non
vult. Sic abique labore habet, in quo diu laboratur
acquirendo, angitur conservando, timetur caven-
do. Non opus est Voluntas quidquam mutuetur à
Fortuna, quod non intus habeat: nihil deprecari,
quod non queat eludere. Major est gratia Volunta-
tis, se Dei submittentis Voluntati; quam Midæ,
cujus digitæ fodinæ erant auri, cuius palma, India, aut
Arabia aliqua. Manum habet talis Voluntas conver-
tendi omnia, si non in aurum, in id quod auro non
emittur: in meritum æternæ gloriae. Ipsa ergo sibi est
India, Ipsa fœlix Arabia, & vena locupletis pacis, &
solidi gaudii, quod nemo tollet, à tenon illius gau-
di, quod sequitur luctus: de illo enim verissime
dictum:

Postquam gaudebis, rursus post gaudia siebis.

Fff 3

16. DIES